

Armenverwaltung verkauft. Dem Plane, die Abtei in ein grosses Irrenhaus umzuwandeln, machte ein gewaltiger Brand am 7. Juni 1869 ein Ende. Die ganze Abtei fiel in Schutt und Trümmer, die Kirche was bis das Gewölbe abgebrannt, die festen Gewölbe hatten die Glut der Flammen ausgehalten. Nach 2 Jahren wurde die mitten in den Klosterruinen stehende romanische Abteikirche (begonnen 1138, mit spätgotischem Chorschluss) eingedeckt und erneuert, am Dreifaltigkeitssontage 1890 fand die Kirchweihe statt.

Noch kurz vor dem Brande wollten französische Karthäuser, 1891 die belgischen Benediktiner von Afflighem und nach ihnen die deutschen Benediktiner von Beuron Knechtsteden erwerben. Am 14. Juli 1893 verzichtete Erzabt Wolter O. S. B. von Beuron auf die ihm staatlich genehmigte Niederlassung in Knechtsteden und übernahm lieber die Abtei Maria-Laach für seinen Orden. Endlich erhielt P. Amandus Acker am 12. Februar 1895 die Erlaubnis in Knechtsteden ein Missionshaus seiner *Genossenschaft der Missionäre vom hl. Geiste und unbefleckten Herzen Mariens* (gewöhnlich Väter vom hl. Geiste genannt) zu errichten. Am 20 Februar 1896 fand die Eröffnung, am 3. Mai 1896 die Einweihung der neuen Missionsanstalt statt.

(Erfolgt).

Kirchberg an der Wild. N. Oest. 1928,
ergänzt 1930.

Alfons ZAK.

* * *

HISTORIA PRAEPOSITURAE B. M. V. DE RAJK ¹⁾.

Saec. XIII-XVI. in comitatu de Zala non longe ab urbe Nagykánizsa ad partem septentrionalem, loco hodierni Alsórajka, in colle vulgo etiam his diebus Kastélyhely / locus castelli / dicto inter prae-

1) Révai, *Lexikon* (s.v. Rajki prépostság); Rupp, *Magyarország helyrajzi története*, I, 3204; Fuxhoffer-Czinár, *Monasteriologia*, II, 49; Balics, *A. r. kath. egyház története Magyarországon*, II, 2, 274; Fraknói-Lukcsics, *A veszprémi püspökség római oklevéltára. Bevezetés*, 153; Békefi, *A Balaton környékének egyházai és várai*, 223; Ortvy, *Magyarország egyházi földleírása*, I, 2, 815.

Anal. Praem.

dium Rajk et Töttös vigebat in honorem B. M. V. praepositura Praemonstratensis ²⁾).

Certum est eam saec. XIII. a stirpe Buzád de genere Buzád-Hahót fundatam esse ; sed usque ad hanc diem prorsus ignorabatur eius fundator foundationisque annus.

Sententia veterum scriptorum, eam sc. anno 1239 fundatam esse, nullo modo sustineri potest. Apud Pázmány ³⁾ circa annum 1255 et apud Karácsonyi ⁴⁾ — nescio qua ratione — anno 1274 fundata esse dicitur. Certum est, hanc praeposituram anno 1274 iam vigere praepositumque eius esse Petrum ⁵⁾ .

Nec familiam Bánffy de Alsólindva nec de Szécsy nec comitem Ochuz / Atyus / dictum a praeposito eiusdem temporis Csornensi Benedicto, fundatorem eius fuisse, liquet ex sequentibus :

- 1) quamvis familia Bánffy de Alsólindva ab uno eodemque procedat avo ⁶⁾, tamen de nullo eorum compertum est eum patronum fuisse aut saltem esse voluisse.
- 2) relatio inter familiam Szécsy et praeposituram incipit tantum saec. XIV. eratque brevis temporis ⁷⁾.
- 3) iam 15 annis ante patronatum comitis Atyus, eius patruī, ergo antecessores erant patroni ⁸⁾.

Fundator solummodo I. Csák banus esse potuit ⁹⁾ : ipse dedit possessionem Rajkensem, pecunia propria et filii fratris sui comparatam suae praepositurae ¹⁰⁾, filii eius sunt unici patroni mona-

2) *Arch. Közlemények* ; X, 2, 44. (Rómer Fl.) ; *Magyarország műemlékei*, II, 1023.

3) *Acta et decreta Synodi... Strigoniensis*, 110.

4) Karácsonyi, *Magyar nemzetségek*, II, 126.

5) *Hazai Okmánytár*, I, 65. P. praepositus = Petrus praepositus.

6) Post Fuxhoffer plurimi.

7) Mentio fit apud Fuxhoffer, II, 50.

8) Litterae Benedicti, praepositi Csornensis sine dato (*Fejér*, VII, 5, 483) ; Benedictus praepositus erat annis 1291-1295 (Matics, *A csornai prépostság története*, 44 ; A keszthelyi kath. főgimm. értesítőjében) ; Karácsonyi, II, 126 animadversa contradictione, Atyus I. magnam partem tantum habuisse in fundatione dicit.

9) Ad genus Buzád-Hahót, Karácsonyi II, 115. etc. et Wertner, *Magyar nemzetségek*, I, 146. etc. Duae tabulae genealogicae aliquantulum inter se differunt, sed stirps, quae ad nos pertinet, eadem est apud utrumque.

10) *Fejér*, V, 2, 299 « partem terre monasterii prescripti, Royk vocate quam Chak banus Ecclesie sue prefate ab eodem Michaele pretio comparaverat ».

sterii annis 1274¹¹⁾-1275¹²⁾, ipsi iure patronatus disponunt de praepositura etiam anno 1289¹³⁾.

Quodsi vero fundator praepositurae fuisset pater I. Csák, bani, filii eius, fratres I. Csák, quoque petissent ius ad patronatum.

Revera, quando anno 1274¹⁴⁾ prima mentio de hoc incidit, praepositus Petrus totis viribus contradixit patronis suis, filiis Csák bani, Csák et magistro Dionysio, Nicolao et Buzád, qui possessionem Nádasd, possessionem praepositurae inter se dividere conati sunt.

Anno 1275 res inter monasterium eiusque patronos iam eo deducta est, ut praepositus Petrus et nomine conventus, Dominicus, custos libentissime assentirent propositionibus a patronis Csák I. filiis : Csák, Dionysio, Nicolao, Buzád et Frederico ante conventum de Zalavár factis. Et quidem :

1) tutelam specialem monasterii tradiderunt Michaeli, filio eorum patri, comitis Terestyán cum potestate iureque defendendi monasterium quibuscumque mediis contra omnes impetitores, etiam contra semetipsos successoresque.

2) Monasterium partem possessionis in Rajk a Csák I., bano acceptae, pecunia emptae Michaeli concessit.

3) Patroni remunerantur monasterium insula, « Halmossziget » nominata, quae in aquis Kanizsa prope monasterium sita est.

4) Michael vicissim obligatur praeposituram in possessione Rajk etiam contra filios patris defendere, — si vero non potuisset, — poenam centum marcarum solvere et monasterium e propriis recompensare.

Hae conditiones accipiendae erant, quia monasterium propter vexationes patronorum in ruinam fere redactum est et cultus divinus quoque periclitabatur¹⁵⁾.

Anno 1289 duo filii Csák bani adhuc viventes — Buzád et Fredericus — fortasse propter mortem Michaelis iterum curam monasterii suscipiunt, tutelamque eius eorum patruo, Buzád tertii filio, Atyus primo, tradunt¹⁶⁾.

Hic munere suo viriliter functus est. Plurimis epistolis ad Bene-

11) *Hazai okmánytár*, I, 65.

12) *Fejér*, V, 2, 299.

13) *Fejér*, V, 3, 481-482.

14) *Hazai okmánytár*, I, 65.

15) *Fejér*, V, 2, 299-301.

16) *Fejér*, V, 3, 481-482.

dictum, praepositum Csornensem, quae praepositura eo tempore maxime floruit, missis, tandem ab eo virum pium, nomine Walter « pro emendatione et prelatione » accepit. Simul praepositus Atyus primo promisit se, si ea quae praepositurae promiserat, ab eo fideliter servata essent, qua de re ipse ex informationibus Walter certior factus esset, plurimos confratres missurum fuisse ¹⁷⁾).

Deinde per longum tempus nihil de praepositura scitur. Anno 1370. post multos lites redintegratur amicitia inter praepositum Paulum et Rajki Nicolai filios : Georgium et Thomam, quibus restituitur possessio Szentgyörgy, quae est apud fluvium Mura et pro damnis acceptis « quinque marcae denariorum » ¹⁹⁾).

Hac in causa praepositus probabiliter Nicolai Szécsy bani, qui postea palatinus factus est, auxilio, protectione tutelaque nisus est, quippe qui palatinus a praeposito Johanne anno 1385 cura gratiarum actione in feudum accepit etiam possessionem Muraszentgyörgy vix recuperatum, pro qua tamen singulis annis die S. Martini solvendae erant quinque marcae gravis ponderis, quas si semel tempore constituto non solvisset, duplum debuisset et si officio etiam anno secundo defuisset, possessio iterum ad praeposituram rediisset.

Causa autem huius contractus — saltem secundum praepositum — est, quod possessio haec iam a multis annis nullum apportavit fructum, templum autem in Rajk in statu tam miserabili erat, ut officio divino celebrando vix aptum esset ; quapropter quinquaginta marcas, censum decem annorum in una summa praepositus accepit ²⁰⁾. Eundem contractum anno 1391 renovat praepositus Dominicus cum filiis Nicolai Szécsy ²¹⁾).

Anno 1413. praepositus Albertus agit cum familia Rajky de possessione Alsórajk, / Középsőrajk / et Felsőrajk / ²²⁾. Anno 1509 mentio fit de praeposito Andrea eiusque conventu ²³⁾. Anno 1542 quinque sunt portae tributum praepositurae reddentes ²⁴⁾.

17) Fejér, VII, 5, 483, sine anno, circa ann. 1291-1295 (Matics : 44).

18) Hugo, Annales, II, 598.

19) Zalamegyei okmánytár, II, 38 « quinque marcas denariorum ».

20) Zalamegyei okmánytár, II, 206-207.

21) Zalamegyei okl., II, 207, j.

22) Zalamegyei okl., II, 386-388. Familia Rajky est sine dubio una de genere Buzád-Hahót. Genealogiam eius invenies in litteris saeculi XIV., in duobus inter se aliquantulo discrepantibus scriptis u. a. finem saec. XVI (Körmend, Maioratusi levéltár, 35, 28. B.).

23) Békéfi, A Balaton, etc. 223. (Orsz. levéltár ; Dl. 21. 955).

24) Egyháztörténeti Emlékek, IV, 147.

Brevi post cladem Mohács — uti tunc fieri solebat — praepositura in manus saecularium venit ²⁵⁾, ipsi patroni usurpant possessiones, deinde sacerdos saecularis, Paulus Bornemisza factus est praepositus, « nomine et titulo » ²⁶⁾, qui ne habitavit quidem ibi. Eodem tempore quidam Stephanus de Egerszeg sacerdos dicitur praepositus fuisse ²⁷⁾. Ex anno 1556 exstant donationales, in quibus Ferdinandus I. iure patronatus praeposituram dono dat Francisco de Andreis ²⁸⁾, canonico Strigoniensi, qui titulum — fortasse tantum titulum — etiam anno 1562 adhibet ²⁹⁾.

Circa annum 1560, certe ante 1568 patronatum exercet Acatius Csányi, qui praeposituram cum possessionibus : Alsórajk, Mura-szentgyörgy et Ujfalu cuidam canonico de Vasvár, Petro Seffar de Szöllősnagyfalu donat ³⁰⁾, in qua etiam a primate Oláh et Köves, episcopo Vesprimiensi confirmatur.

Praepositus novus possessiones pro viginti quinque florenis, viginti cubulis vini, viginti cubulis frumenti, certa quantitate panni et decem florenis per singulos annos patrono locat.

Mortuo Csányi, anno 1572 ab haeredibus contractus renovatur conditionibus sequentibus : familia Csányi tertiam partem redditum solvit apportatque ad habitationem praepositi ; colonos praepositi — solito plus — minime onerant ; possessiones sine ulla lite restituantur praepositurae, advenientibus temporibus pacis.

Pacis, securitatisque tempora multo post advenere, praepositura autem Ordini Praemonstratensi nunquam restituta est. Possessores, quorum olim gloria fuit, obliti sunt eius. Circa annum 1700 iam a nullo quaeritur.

Titulus eius etiam his diebus donatur ordinarie clericis saecularibus ³¹⁾.

25) *Kaprinai*, B. 28, 279-280.

26) *Ibidem* : « per mortem et decessum venerabilis Pauli Bornemissza presbiteri, nomine tantum et titulo prepositi ».

27) 1560. (*Tört. Tár* 1911. 100.) in litteris Ambrosii Sárkány.

28) *Kaprinai* : l. c. « auctoritate iuris patronatus nostri regalis, quod sicut in omnibus Regni nostri ecclesiis, sic et in ipsa Ecclesia Rayk vocata, more predecessorum nostrorum habere dignoscimur ». Apud Kollányi, *Esztergomi kanonokok*, 160. Franciscus de Andreis non dicitur praepositus fuisse in Rajk.

29) Anno 1562 in litteris adhibet titulum (*Tört. Tár.*, 1896. 159).

30) Capitulum in Vasvár : Protocollum 1572, 12 ; dr. Géfin Gyula, *A szombathelyi egyházmegye tört.*, II. in elencho membrorum Capituli canonicus huius nominis desideratur. Nicolaus Oláh et Köves episcopi fuere inter annos 1553-1568. In protocollo ubique « prepositus » fuit, sed correctum est in « abbatia » et « abbas ».

31) Presbiteri saeculares habere praep. in Rajk : Jacobus Haskó, vic. episc.

Fundator : I. Csák, banus.

Annus foundationis : ante 1274.

Possessiones : Alsórajk / totalis possessio /, in Comitatu de Zala.

Muraszentgyörgy / portio possessionaria / in Comitatu de Zala.

Ujfalu / totalis possessio / in Comitatu de Somogy.

Series Praepositorum	1274-75.	Petrus.
ex Ord. Praem. c.	1290.	Walterus.
	1370.	Paulus.
	1385.	Johannes.
	1391.	Dominicus.
	1413.	Albertus.
	1482 ³²⁾ .	
	1509.	Andreas.

Canonicus : 1275. Dominicus, custos.

HORVATH T. A.

* * *

DE RATIONE SUFFRAGIORUM COMMUNIIUM IN OFFICIO :—: CANONICO BREVIARII PRAEMONSTRATENSIS :—:

In liturgia medii aevi, quando minoris recolitur festum solemnitatis, aut de feria fit currente, antiquus valde habet usus ut in officii canonici Laudibus et Vesperis, post collectam principalem occurrentesve commemorationes, canetur commune aliquod suffragium antiphona constans versu et oratione ¹⁾. Morem hunc, abhinc primaeva sua liturgica institutione etiam sibi Ordo noster usurpavit. Duce namque codice Gallo-romano, solam de sancta Cruce comme-

Nitriensis 1660-1690 (Kollay, 282); 1735. Leopoldus Kewenhiller, comes canonicus in Aichstedt (Országos lev. Prot. 1733, 386), 1730 Ladislaus Szürényi, episc. Dulcinensis (*Kaprinai*, A. 8., T. 2.); A magyarországi apát és préposti címek oklevelek alapján kijavított jegyzéke (*Index titulorum abbatum et praepositorum Hungarorum secundum diplomata correctus*, 1922, quae est editio ad usum authenticum comparata.

32) de. Holub Iósef, *Zalamegye története a középkorban* (1929), I., 249, 67. j.

1) Originem non romanam habuisse hunc usum ex eo infertur quod non invenitur in antiphonario Sancti-Petri nisi postquam, initio saeculi XII, influxus gallicanas multiplices praefatus subierat liber. S. Baümer, *Histoire du Bréviaire romain* (trad. Biron), t. III, p. 4, et 34. Paris, 1905.